[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 195

Quelle:
Copyright:

et sitis, frigus et sulfur et ignis ardens. (rubr.) *Explicit liber meditationum beati Augustini, episcopi Hipponensis. Anno domini 1417 in die Viti.*

Fol. 81—82 scriptura vacant.

4. f. 83—137ᵃ. Nicolai de Lyra Abyssus mundi cum expositione. Incip.: *Abjicit mundus pauperes et honorat divites.* Explic.: *Quia pennas virtutum non habent.*

In rubrica hic tractatus vocatur: »naturalia quaedam mysticata«, saec. XIV.

5. f. 137ᵇ—142ᵇ. Auctoritates ss. patrum et doctorum. Incip.: (rubr.) *Gregorius dicit: Temporalia appetere non est errare, si non nimia petantur.* Explic.: *In purgatorio degentes patrocinio et venia etc.*

Fol. 143—144ᵃ scriptura vacant.

6. f. 144ᵇ—286. (Rubr.) Lucianus i. e. Lexicon latinum Anonymi, qui in praefatione dicit, se fratrem ordinis heremitarum s. Augustini esse. Praefatio incip.: *Cum juxta sapientis assertionem bonorum laborum gloriosus sit fructus.* Explic.: *Lucianus hoc opusculum hic poterit ab omnibus non incongrue nominari.* Opus incip.: *Abba, sicut dicit glossa ad Gallatas quarto est ebraicum.* Explic.: *Que dicitur czitvar. Zabulon est proprium nomen viri. Zeduara est radix quedam medicinalis.* In fine: *Finitus est Lucianus minor in die sancti Ypoliti anno 1417 per manus Viechpekch, comparatus autem per fratrem Erasmum, monachum professum monasterii Mellicensis.*

-731-

126. [C. 4.]

Codex chart. saec. XIV. Fol. 1—96 manu coaevi signat., primum et ultimum folium sunt membr. Scriptus est ille codex duabus columnis, in interioribus partibus tegumenti legimus partem cuiusdam tractatus theologici saec. XIII. Folium primum (non signatum) continet indicem et notitiam sequentem: »Libellus est domini Oswaldi Eysentaler, sed in extremis suis testatus est ad monasterium Mellicense. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace.« In Folio.

1. f. 1—4ᵇ. S. Augustini Liber de disciplina et vita christiana ad sororem suam viduam. Incip.: *Locutus est ad nos sermo Dei.* Explic.: *Sumus conversi ad dominum.*

Edit. Migne, Patrol. (p. lat.) tom. XL, p. 669 sqq.

2. f. 5—25ᵇ. S. Augustini Liber de conscientia. Incip. praefatio: *Ego Augustinus primus peccator.* Explic.: *Conferamus absentes. Amen.* Opus incip.: *Domus hec, in qua habitamus.* Explic.: *Quomodo vel ubi nescire.*

3. f. 25—30ᵇ. S. Augustini speculum trinitatis alias Manuale de imagine Dei. Incip.: *Quoniam in medio laqueorum positi sumus.* Explic.: *Mihi dicere, ut amem Deum meum.*

Edit. Migne, Patrol. (p. lat.), tom. XL, p. 950 sqq.